

locum ipsum?<sup>4</sup> Et ille: „nunquam vidi, nec superveni loco illi, sed tamen certum habeo, vulgari fama tradente, contiguum esse vix quinque leucis\* vel una dieta a civitate Basilea distans, unde originem ducō.“ Et sanctus Blasius: „scito, quod<sup>1</sup> nunc per totum mundum me invocantibus subvenire festino, sed sciens<sup>2</sup> scito, quod<sup>3</sup> dexteram meam semper extensam habeo super locum istum, ipsum benedicendo et necessaria ipsi fratribus providendo et omnibus sibi attinentibus<sup>4</sup> sive ipsi loco servientibus amabili specialitate ipsis intendendo. Nunquam enim defectui [fol. 36<sup>b</sup>] ipsum locum subiaccere patiar, sed omnibus necessariis habundare et omnibus sibi pertinentibus affectuosa charitate providere paratus<sup>5</sup> sum.“

48. „Unde scire te volo, quod nunc\*\* aliqua paupertate sive penuria premuntur fratres. Si ergo de tuis facultatibus ipsorum inopiam relevare volueris et te ipsum iugo obedientiae in eodem loco mei patrocinii subdidideris, et te et omnes tecum existentes de periculo naufragii liberabo.“ Quo respondente per omnia se velle obedire, tanta tranquillitas in mari facta est, ut nihil adversi ulterius sentirent.

Qui cum sociis visionem exposuisset, omnes magnificas laudes deo et sancto Blasio retulerunt pro tam insperata liberatione. Ipse autem Henricus se cum omnibus facultatibus suis monasterio contulit et in vera obedientia reliquum vitae tempus peragens bono fine quievit\*\*\*.

49. [1360—1390 †.] Moderno tempore factum est

<sup>1</sup> quia, Sf. <sup>2</sup> ist wahrscheinlich verschrieben. <sup>3</sup> quia, Sf. <sup>4</sup> attenentibus, Sf. <sup>5</sup> paratum, Sf.

\* Et. Blasen ist von Basel 10 Stunden entfernt, eine leuca ist also eine deutsche Meile oder 2 Stunden.

\*\* Dieses ist, wie oben angebenet wurde, auf die Creditcrisis von 1245—55 zu beziehen.

\*\*\* Die Zusätze am Ende des dritten Buches sind theils nach 1240 verfaßt, wie Kap. 47, 48, theils später von 1391—1408, wie Kap. 57. Sie sind, außer an den chronologischen Anhaltspunkten, auch daran zu erkennen, daß frater, wie im rotulus defunctorum des Johannes von Dörsenhäusen (1385), gebraucht wird und daß die Angabe des Namens mit der Stellung des Mönches wegbleibt. Im rotulus ist frater nicht Laienbruder oder Converse, sondern Mönch und Priester, wie frater sacerdos, fr. conversus. In sogar puer et monachus und conversus et monachus kommen für eine Person vor, während im ältesten Theile des liber constructionis conversus und monachus Gegenfüße sind. S. oben S. 96. 105. 110.

† Ich habe die Zeit zwischen 1360 und 1390 angenommen, weil unten gesagt wird, Abt Johann I. (1391—1413) sei zugegen gewesen, aber ehe er Abt wurde (pro nunc abbas).

miraculum tale per sanctum Blasium. Cum angulare\* veteris monasterii, causa renovationis machinis circumdatum esset, ut necessitas aedificii poscebat, ut operarii machinis instantes operis necessaria firmius stabilire possent, diabolus, omnium honorum invidus, voluit<sup>1</sup> impedire opus coeptum. Cum ipsi artifices in tali altitudine sicut<sup>2</sup> nunc campanae dependent, machinis instarent, ligaturae restium solutae sunt et machinis ruentibus duo de artificibus, qui sarta tecta restaurare instabant, cadendo secuti sunt, unus senior alter iunior. Senior quadam gravitate corporali praeeminebat, ut patuit in loco casus sui. Nam scapulis impressit cespiti foveam secundum corporis quantitatem admirandam, laeso modicum capite in collisione unius lapidis. Sed iunior paululum remotius a stilla tecti ruit in tumulum nuper defuncti. Tertius autem artificum apprehendens lignum se a casu defendit, caeteris lignis diabolica machinatione, ut reor, cadendo secutis, ut casu [fol. 37<sup>a</sup>] suo debilitatus citius exstinguerent<sup>3</sup>. Sed non ita evenit. Beatus enim Blasius ipsos conservando defendit, qui semper suis in necessitate adesse consuevit. Huic spectaculo tunc intererat pro nunc dominus Joannes abbas\*\*, cum aliis sibi assistentibus, qui, cum attonitus cum suis accurrisset mortuosque aestimaret, cum molestia magna juniorem arripuit ipsum concutiendo, sed vivum reperit, quem mortuum credebat. Qui licet casu debilitatus et quasi in amentiam versus interrogabat dicens: „unde, aut qualiter huc delatus sum?“ certitudinem facti nesciens. Maior vero, laesum se esse et vehementi dolore se concuti, conquaestus est. Unde ad

<sup>1</sup> volens, Sf. <sup>2</sup> in quali wäre besser. <sup>3</sup> exstingueret, Sf.

\* angulare ist dem Sinne nach hier der innere Winkel im Kreuzgange. Im rotulus defunct. Bd. 3 S. 602 steht in summitate angularis. Der Bau war wahrscheinlich drei Stoc hoch, weil unten die Glockenthurmhöhe damit verglichen wird und auch tristem in rotulus steht. Aus der unten folgenden Stelle wird die Bedeutung von angulare noch deutlicher: paululum remotius a stilla tecti. Das vetus monasterium von 1036 diente als Wohnung der fratres extranei und als xenodochium; es blieb bei dem Brande von 1322 verschont. Das novum monasterium, dessen Bau 1092 begann, ist 1322 ganz verbrannt, war aber vielleicht, als dieses Kapitel 49 geschrieben wurde (vor 1391) noch nicht wieder ganz aufgebaut. Denn unten heißt es: sicut nunc campanae dependent, d. h. wie die Glocken jetzt provisorisch hängen, drei Stoc hoch, sie sollten aber höher hinauf kommen, wenn der Bau fertig ist. S. Bd. 3 S. 602. Aus der Stelle unten: tumulus nuper defuncti geht hervor, daß noch vor 1391 die Mönche im Hofe oder Garten des Kreuzganges des alten Klosters begraben wurden.

\*\* Abt Johann I. vom April 1391 bis 26. März 1413. Herrgott wollte zu dieser Stelle eine Note machen und schrieb auf ein beiliegendes Blatt dom. abbas Joannes pro nunc. — Nach den Worten pro nunc war er damals noch nicht Abt.